# Apolinaris expositio in primum posteriorum Aristotelis cum questionibus eiusdem.

¶ Preclarissimi doctoris Apolinaris Cremonensis in librum primum posteriorum Aristotelis expositio feliciter incipit.

Omnis doctrina ⁊ omnis disciplina intellectiua ex preexistenti fit cognitione. Manifestuz est autem hoc speculātibus ī omnes. mathematice .n. scientiarum p hūc modū fiūt: ⁊ aliarum vnaqueqꝫ artiuz. Similiter autē ⁊ circa orōnes que per sillogismos ⁊ que p inductiōem. Utreqꝫ .n. p prius nō faciunt doctrinā. he q̄dem accipientes tāq̄ȝ a nōtis. ille vero demōstrantes vniuersale per id q̄d est manifestum singulare. Similiter autem ⁊ rethorice persuadent. aut enim per exemplū quod est inductio: aut per enthimema quod quidam est sillogismus.

¶ Pro introductione expōnis hui⁹ libri posterioꝝ sub breuitate vidēda sunt quedā. vꝫ. que fuerit necessitas logicaꝫ inueniendi. ⁊ ↄsīr sciam hui⁹ lib i. Quis ordo huius libri ad ceteros libros logice Aristo. Quis libri titulus. Et q̄d subm. ⁊ sic ↄsīr habebūtur ipsi⁹ cause. ¶ Quantū ad p̄mū sciendum ē p̄mo ꝙ cū modus noster cognoscēdi sit medi⁹ inter modū intelligētiaꝝ ⁊ modū brutoꝝ: ab vtrisqꝫ distinguiᵗ in hoc ꝙ intelligimus cū discursu. Hoc aūt contingit ꝓpter possibilitatē ītellect⁹ nostri q a pncipio ē sicut tabula rasa. ⁊ nō moueᵗ ad intelligendū nisi de potētia ad actū reducaᵗ. sic aūt intelligētie nō cognoscūt: cū semp in actu ītelligendi existant ⁊ eodē mō ⁊ nūq̄ȝ ī potētia. Bruta etiā nō discurrūt saltē discursu ꝑfecto: q̄ȝuis in pncipio sint ī potētia ad cognoscendū. ⁊ hoc est ꝓpter impfectū eoꝝ modū cognoscēdi. Cōcedi tamē pōt ꝙ aliquo mō ⁊ impfecte discurrūt. ¶ Ex quo īfertur ꝙ p idē mediū euidēter cōcludere habem⁹ nr̄m modū cognoscendi īperfectiorē eē modo ītelligentiaꝝ ⁊ ꝑfectiorem modo brutoꝝ. p hoc. s. ꝙ cū discursu cognoscim⁹ qualiter neqꝫ intelligentie neqꝫ bruta cognoscūt. ¶ Cum igiᵗ ītellectui nr̄o sit potētia semp admixta ⁊ cū discursu sciam acquirat. in discursu aūt error ⁊ rectitudo eē pōt. vbi etiā ē admixta potētia: malū ⁊ error cōtingere pōt. vt colligiᵗ de mēte Aristo. 9. meta. cū dicit. ꝙ malū nālr est post potētiā. ⁊ vlterius dicit ꝙ in reb⁹ eternis q̄ semp sunt actu: nō est malū neqꝫ error. oportuit artē inuenire q̄ in actib⁹ rōis dirigeretur humanus ītellect⁹ in acq̄rēdo notitiā vnius ex notitia alterius. ⁊ hec fuit ars logice. ¶ Cū aūt triplex sit intellectus opatio: quarū scda primaꝫ supponit. ⁊ tertia scdam vt colligiᵗ. 3. d̄ aīa. Prima ē simpliciū ītellectio. Scda est simpliciū ↄpositio vel diuisio. Tertia ē cognitio discursiua. His trib⁹ opatiōib⁹ tres corñdēt logice ptes. quaꝝ p̄ma habeᵗ ī li. p̄dicamētoꝝ Aristo. ⁊ adminiculis ipsius. s. li⁹ vlium Porphyrij. ⁊ lib. sex principiorum. vbi logice determinaᵗ de generib⁹ ⁊ spēbus p̄dicamētoꝝ put cognitōe quadā simplici cognosci hñt. Scda ē que hr̄ in lib. peryhermenias. vbi de ꝓpōne determinaᵗ ⁊ spēbus ipsi⁹ tāq̄ȝ de instr̄o aliqd cōpositiue vel diuisiue cognoscēdi. Tertia vero in aliȷs logice libris cōtineᵗ q cōiter ars noua dr̄. vbi de instr̄o determiaᵗ quo discurrere debꝫ intellect⁹. vꝫ. de sillō ⁊ ↄsīr de aliȷs modis arguēdi. Diuiditur

aūt tota illa ps hoc mō. q2 sicut in actionib⁹ nature diuersitas repitur. q̄dam .n. sūt q̄ ex necessitate fiūt. q̄daz vt plurimū. q̄dā vero raro ꝓpter ↄ̄fectū aliquē in nā sicut mōstra. sic in discursib⁹ rōnis q̄dam sūt ī q̄bus est necessitas. ⁊ isti cū rectitudine rōnis habētur. Aliȷ sunt per quos vt plimū veꝝ cōcludiᵗ nō tñ necessario. Aliȷ vero sūt in q̄b⁹ est defectus rōnis ꝓpter alicui⁹ pncipij defectū. ¶ Pars logice ī q̄ de primis determiatur iudicatiua diciᵗ. ⁊ est illa q̄ traditur in libris priorū ⁊ posterioꝝ. dicta aūt est iudicatiua a iudi⁹. eo ꝙ iudicium ē cum certitudine. Uocata etiam ē analetica. i. resolutoria eo ꝙ iudicium certū de effectib⁹ hr̄i nō pōt nisi fiat resolutio in pncipia sua. ¶ Pars vo logice q̄ scdis ꝓcessibus deseruit iuentiua appellatur. eo ꝙ inuētio nō est oino neqꝫ semp certitudini ↄiuncta. ⁊ h̄ habeᵗ in lib. topi. in quo de sillogismo topico siue ꝓbabili determinaᵗ. q non semp necessariū assumit vel cōcludit. sed ex ꝓbabilibus ꝓcedit ad alterā ꝑtem ↄdictionis cū quadā formidine inclinans ¶ Tertiȷs vero ꝓcessibus ps logice correspōdet q̄ sophistica diciᵗ. ⁊ habeᵗ in lib. elenco. vbi agitur d̄ elenco sillogismo nō cum debita forma concludente. Sed ps iudicatiua iteꝝ diuiditur. naz certitudo iudicij que ex resolutiōe habeᵗ aut fit per resolutōez in pncipia silli quo ad ipsi⁹ formā. ⁊ hec hr̄ in libro prioꝝ. ibi eniz agiᵗ de forma ⁊ modo debito ↄcludēdi ipsi⁹ silli. ⁊ ondiᵗ duo eē oium sillorūz pncipia. s. dici de oi ⁊ dici de nullo. ad que resolui debent silli oēs affirmatiui ⁊ negatiui quo ad ipoꝝ formā si sint debite ↄcludētes. Aut illa certitudo fit p resolutōez ↄclōnis ⁊ premissaꝝ silli in sua pncipia p se nota. ⁊ hec dr̄ resolō silli s̄m mām. eo ꝙ p̄misse ⁊ ↄclō mā silli appellanᵗ. de hac hr̄ in li. poste. vbi ondītur demr̄atiuū sillm ↄstare ex ꝓpōnibus et cōclusione p se. que si nō fuerint p se note debēt p ipsarum ꝑfecta notitia vsqꝫ ad p se nota resolui. ¶ Ex his inferᵗ cū forma nālr prior sit: materia vero posterior rōnabiliter dictus ē iste liber analeticoꝝ posterioꝝ. altera vero ps logice iudicatiue liber analeticoꝝ prioꝝ. ¶ Ex his vlterius pꝫ scdz pncipalr ingrendū. s. ordo hui⁹ lib. ipse .n. est ceteris logice libris dignitate prior. ordine vero doctrine posterior. Primū pꝫ. q2 ibi determinaᵗ de sillō demr̄atiuo q est perfectissim⁹ sillorum: de mō ꝑfectā sciaz acqrendi. ⁊ reliquis multis q̄ pro illo reqruntᵗ. ¶ Itē notitia in aliȷs libris logice tradita in notitiā huius libri tanq̄ȝ in finē ordiaᵗ. q̄re ⁊c. ¶ Scdz ↄclaraᵗ. opatio simplex itellect⁹. ⁊ opatio ↄpositiua vel diuisiua q̄bus deseruiūt liber predicamentoꝝ cū adminiculis suis ⁊ liber peryhermenias a notitia discursiua ꝓsupponiᵗ tāq̄ȝ aliqd prius. q̄re ordine doctrine predicti libri sunt nō tm̄ libro posterioꝝ. sed tota arte noua priores. Sill's ēt demr̄atiuus de quo ī hoc libro agiᵗ debitā silli formā ꝓsupponit de q̄ ī libro prioꝝ determinaᵗ. q̄re ille liber erit isto prior. ⁊ ↄsīr lib. ellencoꝝ vbi ondītur defectus forme silli. q2 vero ꝓbabilia ex impfecto nr̄o modo cognoscēdi ⁊ facilitate doctrine prius a nobis adisci debēt q̄ȝ necia q̄ debēt a nobis p certitudinē ex suis causis cognosci. ↄsīr liber iste posterior est libro topicoꝝ. ¶ Quantum ad tertiū cōiter iste liber sic ītitulatur. liber analecticoꝝ posteriouz Aristo. Ex quo patet cā finalis ⁊ efficiēs. intellectus aūt illoꝝ terminoꝝ habitus fuit. ¶ Quātū ad vltimū dr̄ ꝙ subiectum attributionis primū huius libri est demōstratio sic generaliter sumpta. de quo vide in qōne. Ex quo pꝫ huius libri mālis cā circa quā pncipalr cōuersaᵗ. diuidiᵗ aūt cōter in proemiū ⁊ tractatū. ¶ Scda ps incipit ibi. Scire āt opinamur. ¶ Proemiū a q̄busdā modernis diuiditur i q̄tuor ptes s̄m numeꝝ quatuor ↄclōnū. sed magis in ꝓposito pertinens ⁊ artificialis diuisio est vt in duas primo diuidatur ptes. cuz .n. Aristo. intentio sit in proemio ostendere necessitatē silli demr̄atiui q̄ remouebaᵗ p opiones antiquorum. Primo premittit ꝙ ois doctrina ⁊ disciplina intelle

etiã ex preexistẽti fit cognitiõe. ¶ Scḋo docet modũ pre-
cognitõis ibi. Dupl'r aũt. Primo ergo pmittit ppõnem pre-
dictã quam pbat iductiẽ sic. scie mathematice ꝛ vnaqueq₃
aliarum sciaꝝ. hoc modo pcedunt aliqd declarando ex p-
exñti cognitõe. ¶ Itez scie que circa orõnes versant. sicut
dyalectice que pcedunt sill'ice ꝛ iductiue vtroq₃ modo p-
cedunt ex pus notis. cum enĩ aliqd probãt sill'o iducunt cõ-
cl'onem ex aliqbus premissis tanq₃ a notis. cum autem per
iductõem pbant declarant vl'e per singulare notius illo.
¶ Itez ꝛ rethorica pcedit ex preexñti cognitõe. aut enĩ ali-
qd persuadet per exempla ꝙ est iductio. aut per entimema
ea que sunt vere sill's. q̃re reliqtur ꝯclusio vera. ¶ Notan-
dum est p̃mo ꝙ doctrĩa sil'r ꝛ disciplĩa dupl'r accipi potest.
sicut ille terminus scia. vno modo pro hitu vno tm̃. Alio mo-
do p aggregato ex hitibus iter se debitam ꝯnexionẽ habẽ-
tibus qual'r grãmaticaz vel dyalecticam doctrĩaz vel disci-
plinã appellamus. ꝛ de vtraq₃ v̓ificabitur cõclusio Aristo.
Doctrĩa vero itellectĩa pro hitu vno sumpta sic describi po-
test. doctrĩa itellectĩa est hitus scientificus i mente alicu⁹
pductus a doctore vel a seip̃o tenente locum doctoris. Di-
sciplĩa vero itellectiua est hitus scientificus i mente disci-
puli receptus vel a doctore extriseco vel itrinseco. Iste de-
scriptõnes coiter patent. Hic aũt accipio hitum scientificũ
non p scia stricte sumpta put distiguit̃ ꝯtra artes q̃ modi
sciendi appellantur. sed accipio large qual'r rethoricã ꝛ lo-
gicã sciam diceremus. Dicitur notanter vel itrĩseco. qꝛ vbi
aliqs solo studio aliquam ꝯcl'onem adiscat hitum ipsi⁹ ac-
quirit ex v̓tute itellectus agentis q doctor itrĩsecus dici po-
test. imo inqt linco. ꝙ neq₃ magister voce sonans neq₃ scri-
ptura pp̃e docent. sed verus doctor est q iterius mentez il-
luminat ꝛ v̓itatem ostendit. ꝛ loqtur ibi de itellectu agente.
¶ Ex his descriptõibus ifertur ꝙ idem real'r est doctrĩa et
disciplĩa. lꝫ differant rõne. Idem enĩ hitus a doctore pdu-
ctus ẽ i mente discipuli recept⁹. sed put a doctore prouen-
ens doctrĩa dici debet. vel put deseruiens discipulo ad ali-
um docendum. put autem i discipulo receptus dr̃ discipli-
na. ¶ Seqtur scḋo illud quod a qbusdam dr̃ pro v̓ificatõe
conclusionis Aristo. non esse ad mentem ipsius. lꝫ i se verũ
sit. vꝫ. ꝙ oĩs itellectiua notitia humana fit ex preexñti co-
gnitõe. qꝛ fit ex sẽsitiua. ꝛ per ꝯsequens oĩs doctrĩa ꝛc. Lꝫ
enĩ doctrĩa ꝛ disciplĩa sint hitus scientificus necessario ali-
um hitum presupponens eo p̃orem. erit itentio Arist. quẽ-
libet talem hitum fieri ex aliqua itellectĩa cognitõe natu-
raliter p̃orillo. ¶ Seqtur vlterius no^{cia} p̃ncipiorum p̃ri-
morum nõ debere doctrinã neq₃ disciplinã dici. pꝫ ex p̃mis-
sis. patet ẽt hoc de mente licon. ¶ Seqtur vlterius cõtra
quosdam modernos ꝙ no⁹ itelligentiarum non est doctri-
na neq₃ disciplĩa. neq₃ vna itelli^a aliã docet. vel ab alia adi-
scit. Ad adiscere enĩ reqritur de potẽtia alicui⁹ no^c ad actũ
reduci vt expresse sensit linco. cũ dic̃ non docemur vel adi-
scimus nisi illud qḋ primo concipimus eẽ nob dubium vel
apparet nob falsum. ꝛ per dubitatõem vel ꝯtrariã opionẽ
manifestatur nob eius v̓itas. hoc aũt itelligentijs cõpetere
nõ põt. eo ꝙ nũq₃ sunt i potẽtia. sed semp i actu itelligendi.
Habẽt ẽt itellectões eternas. neq₃ ad nouas itellectões in
ipsis pducẽdas moueri possunt. q̃re ꝛc. Et non seqtur itelli-
gentia iferior itelligit p intelligentiã supiorẽ tanq₃ per cãꝫ
sue itellectõis. igr̃ adiscit ab illa. ¶ Notandũ scḋo ꝙ cũ ali-
qd ex alio fieri multipl'r contigat i pposito verũ est doctri-
nam ꝛ disciplinã fieri ex preexñti congnitõe tanq₃ ex p̃ma
dispõne. cum enĩ itellectus no^{ciam} habuerit p̃ncipiorũ alicu-
ius scie p ipsam disponit̃ ꝛ habilitat̃ ad acqsitionẽ no^c con-
clusiõis. ꝛ hoc est ad mentem Aristo. Quidã v̓o al'r oñt oe
quo vide in qõne. ¶ Notandum tertio ꝙ illa pticula itel-
lectiua s̃m aliquos ponit̃ ad excludendũ doctrinaz ꝛ disci-
plinã ꝛ sensitiuam qual'r est i aĩalibus brutis. Dixit enĩ Ari.

i procmio meta. ꝙ aĩal'ia hñtia memoriã sunt prudentia. ꝛ
habentia auditum sunt disciplabilia. q̃re aĩalia multa ha-
bent disciplinã que doctrĩa ẽt dici potest p q̃nto per assue-
factionẽ alia docere possunt. vt opera exerceãt que ex solo
nature istictu non pducerent. Talis igr̃ doctrĩa non fit ex
preexñti cognitõe vt dñt eo ꝙ tunc fieret p discursum qui
i aĩalibus brutis nõ reperitur. de hoc videbitur i qõne. Aliq
dñt ꝙ Aristo. loquebat̃ contra opionem platonis q voluit
nos nihil ḋ nouo adiscere. ꝛ per ꝯñs ꝙ no^a itellectĩa huma-
na non fit ex preexñti cognitõe. Arist. igr̃ se opponẽs plato-
ni dixit itellectiua ꝛ hoc puto verꝫ. ¶ Notandũ quarto ꝙ
Aristo. illam ppõnem premisit ad hunc finem vt ondẽderet
necessitatem sill'i demonstratiui ꝛ ꝯñr nos ad hũc librꝫ adi-
scendum aiaret. Cum enĩ ita fit ꝙ oĩs doctrĩa ꝛ disciplĩa hu-
mana fiat ex p̃exñti cognitõe. seqtur ꝙ nos doctrinamur ꝛ
adiscimus ab vno i aliud discurrẽdo. ꝛ per ꝯñs nob necessa-
riũ est istrumentũ per qḋ i mente discurramus. illud autez
p̃ẽtum est sill's vt pꝫ. sed iter sill'os maxime necessarius est
demõstratiuus. eo ꝙ per ipsum no^a scientifica acqrit̃. p ali-
os vero nõ. ¶ Ulterius notandum est circa pbatõem con-
clusionis ꝙ ars dupl'r accipit̃. s. large ꝛ stricte. large dr̃ ars
hitus recta rõne actiu⁹ vl' factiuus. ꝛ hoc modo quel₃ scia
ars dici põt iuxta modum loquendi Aristo. i procmio me-
taphy. cũ dic̃ ꝙ ars speculatiua magis ẽ scia q̃ pratica. Cõ-
ter etiã dicimus septem esse artes liberales. Stricte v̓o dr̃
hitus recta rõne factiuus. ꝛ sic distigũt̃ a scia speculatiua. ꝛ
hoc modo accipit̃ ab Aristo. 6. ethi. cum dr̃ ꝙ ars est recta
rõ fcibilium. ¶ Ad ppositum igr̃ Aristo. loqt̃ ḋ arte large
sumpta cum dic̃ ꝙ mathematice p hunc modũ pcedunt ꝛ
vnaqueq₃ aliaꝝ artium. qual'r aũt dr̃at ars a scia. pp̃e sum-
pta. vide i qõne. ¶ Notanduꝫ vlterius ꝙ vt colligit̃ i tex.
quatuor sunt gñia argumẽtoꝝ. quoꝝ duo sunt pfecta. ꝛ duo
ipfecta. que ad duo pfecta reducunt̃. s. sill's. iductõ. entime-
ma ꝛ exemplum. Diffinit̃ autem sill's p̃mo p̃oꝝ ꝙ ẽ orõ
i qua qbusdam positis ꝛ concessis: necesse est aliud euen-
re ex his que sunt posita ꝛ concessa. de cuius diffõnis itelle-
ctu ꝛ v̓ificatõe. alibi vide. Inductio v̓o est argu^o a singula-
ribus ad vl'e cum debito medio. vt iste homo est aĩal. ꝛ iste
homo est aĩal. ꝛ sic de singulis. g̊ oĩs homo est aĩal. Entime-
ma v̓o est argumenta^o tm̃ vnam assumens premissam ꝛ ex
illa iferens conclusionem. vt homo currit. g̊ aĩal currit. ta-
cet̃ enĩ illo premissa. oĩs homo ẽ aĩal: qua expressa eẽt sill's
pfectus. Exempluꝫ v̓o est argumẽta^o qua procedit̃ ab vno
singulari vel a pl'ibus ad aliḋ singulare. vt si arguat̃ sic. sor.
q offi^{cio} presidis pecunia acqsiuit tyrãnizauit. g̊ plato q sibi
offi^{cio} pecunia temptat tyrãnizabit. vel sic iste ignis calefa-
cit. ergo iste aluis calefacit. ꝛ quãto pl'a singularia i antece-
dente assumuntur tanto efficatius est exemplum. Entime-
ma igit̃ cum sit argumenta^o quedam impfecta ad sillogis-
mum reducit̃ tanq₃ ad perfectum. Exemplum v̓o ad idu-
ctõem. ¶ Notanduꝫ est vltimo ꝙ cum logicus sit artifex
regulans omnes alias scias determinare habet ḋ omni ge-
nere argumentationis quo vtatur aliqua scia tanq₃ instru-
mento. q̃re determinabit de omnibus quatuor predictis
verumtamen p̃ncipaliter de sillogismo ꝛ iductõe. ꝛ adhuc
p̃ncipalius de sillogismo. ꝯsequenter vero cum entimema
sit quidam defectus sillogismi ꝛ exemplum. defectus idu-
ctionis de vtroq₃ istorum determinabit ꝯsecutiue. eo ꝙ re-
ctum est iudex sui ꝛ obliqui. ꝛ determinãs de vno opposito
num ḋ alio ḋterminare ḋbet. H autem adinuicem opponũ-
tur sicut perfectum ꝛ impfectum. Sicut igitur dyalectic⁹
ḋ sillogismo ꝛ inductione p̃ncipaliter considerat. ita etiam
dum docendo procedit p̃ricipaliter vtitur sillogismo ꝛ idu-
ctione. eo ꝙ est artifex subtilis ꝛ speculatiuus qui circa ma-
teriam subtilem ꝛ speculatiuam versatur quare instrumẽ-
tum quo arguendo procedit firmum ꝛ efficax esse ḋebet.

tale autem est sillus ⁊ iductio. Propter hoc cum de dyale/
tico Aristo. loqueretur solū de sill'o ⁊ idnctione mentiōem
fecit. nō tamē negari debet dyalecticū enthimemate ⁊ exē/
plo pcedere posse. vt quidaʒ moderni negauerūt. eo ꝙ ali/
quando topice procedere potest per enthimema. imo etiaʒ
īnmā silli demonstratiui non iconueniret. ⁊ videmus hoc
idem multotiens Aristo. fecisse. Rethoricus nō suodendo
pcedens vtitur pncipaliter ⁊ vt plurimum enthimemate
⁊ exemplo. qꝛ ipse est artifex qui circa mām grossam ⁊ mo/
ralem v̄satur ⁊ circa actus humanos. q̄re aliqd populo sua/
denda: vtetur instrumento auditori grosso pportionato.
tale autem est enthimema ⁊ exemplum. qꝛ facilius mente
⁊ memoria capiuntur. Et ideo cum Aristo. de rethorico p/
baret intentum: de enthimemate ⁊ exemplo soluʒ mentio
nem fecit. Non n tamen negari debet rethoricū sill'o ⁊ idu
ctōe vti posse. Quidam autem dixerunt ꝙ lʒ logicus de oī/
bus p̄dictis quatuor determinet. rethoricus tn̄ non deter/
minat nisi de enthimemate ⁊ exemplo. sed hoc puto falsuʒ
quo ad scđam partem. qꝛ ad solum logicum cum sit artifex
cōissimus ⁊ alios regulans artifices pertinet de argumēta/
tione ⁊ speciebus ipsius determinare. Rethoricus autem
est artifex quidam spālis non habens alios regulare. quare
neqꝫ de enthimemate neqꝫ de exemplo determinādo se in
tromittit. ⁊ ideo non valet hec ꝯn̄a. Rethoricus principali
ter vtit̄ enthimemate ⁊ exemplo. g̃ de illis determinat. sic
etiā non sequitur nālis principalr̄ vtit̄ sill'o ⁊ inductione. g̃
de illis determinare debet. ¶ Ex omnibus his patet. ꝙ q/
cunqꝫ artifex aliquo genere argumentationis pcedit: facit
notitiam ex preexn̄ti cognitione. lʒ h̄ diuersimode contin/
gat. Nam per sill'm fit notitia ex vl'i pcedendo nobis no/
tiori. p inductionem vero a singularibus notioribus decla/
rando vl'e. ¶ Primum dubium circa l'ram. dyalecticus ad
oīum methodoꝝ pricipia viam habet vt colligit̄ pmo topi.
q̄re alie scie dyalectica idigent ⁊ non econtra. ⁊ per ꝯn̄s nō
conuenienter hic pcessit ph's p alias scīas declarando pre
missam ppositionem. ¶ Scđm dubium. qꝛ dicit ph'us in
textu exemplum esse inductōeʒ ⁊ enthimemata esse sill'in.
hoc autem vr̄ ꝯtra predicta ⁊ ꝯtra veritatem vt pʒ. ¶ Ad
pmum dr̄ cōiter ꝙ dyaletica non vtit̄ aliys scientiys tāqꝫ re
gulantibus illam: cum ipsa regulet illas docendo arguere ⁊
respondere. sed vtit̄ ipsis tanqꝫ iuuantibus eam i cōfirmiā/
do silitudines ⁊ exempla: quibus logicus sua dicta manife/
stat. ⁊ sic in pposito Aristo. fecit. ¶ Aliter tn̄ dici potest ꝙ
per hunc pcessum quē Aristo. hic facit non ppe dr̄ vti aliys
scientiys neqꝫ pprie iuuatur ab eis. qꝛ neqꝫ accipit modum
pcedendi ab eis. neqꝫ ppōnem aliquam alibi declaratam
assumit. q̄uis iductiue ppositionem suaʒ oñdat esse verā.
qꝛ sic in oībus scientiys eē experitur. Non tamen pro icon
uenienti reputarem. ꝙ dyalecticus ita ab alia scientia p se
⁊ non solum per accidens iuuaret̄ vt aliquā ppositioneʒ as
sumeret alibi declaratam. sicut in metaphysica vel ph'ia na
turali. imo ita de facto sepe contingit. ¶ Ad scđm dubium
variȷ sunt modi rn̄dendi. q̄uis in re parꝝ discordēt. ¶ Pri
mus modus qui fuit Temistȷ dicit intentōem Aristo. fuis/
se. ꝙ exemplū est iductio quedam. qꝛ est diminuta iductio.
⁊ entimema sill's quidaʒ. qꝛ sill's ip̄fectus. non aūt volunt ex
emplum simpliciter esse inductōem. neqꝫ enthimema sim/
pliciter sill'm. ⁊ ideo dicit ꝙ textus sic iacere debet. rethori
ce suadent p exemplum: quod est inductio quedā. ⁊ per en/
thimema quod est qdam sill's. ¶ Scđs modus dicit ꝙ nō
fuit intentio aristo. vnum exemplum esse iductionem. neqꝫ
vnum enthimema eē sill'm. sed ꝙ plura exēpla sunt vna in
ductio. ⁊ plura enthimemata vnus sill's. ⁊ hoc rōnabiliter
qꝛ lʒ in vno exemplo non sumantur oēs singulares que ad
inductionem requiruntur. in multis tamē exemplis omnes
assumi possunt. Similiter lʒ vnum enthimema nō omnes
ppositiones silli assumat. multa tn̄ sumpta simul assumere
possunt. Iste modus peccat nisi se reducat ad modū loquē/
di alioꝝ. Prio qꝛ quotcunqꝫ assumantur exēpla nunqꝫ i eis
concludetur ppositio vniuersalis. quare exempla sil' sum/
pta nunqꝫ erunt inductio completa. patet ꝯn̄a. qꝛ in quali/
bet inductione completa ꝯclusio est vniuersalis. ¶ Scđo
qꝛ quotcunqꝫ assumant̄ enthimemata non precise compo/
nunt sill'm. sed plus vel minus vt patere potest considerā/
ti. ¶ Tertius modus respondendi dicit ꝙ sicut hec nō est
vera in predicatione iden^ca. ira est accensio sanguis circa
cor. sed in predicatione causali. quia ira ex tali accensione
causatur. sic non idētice sed causaliter veruʒ est exempluʒ
esse inductionem. ⁊ enthimema esse sill'm. qꝛ ex exēplo pōt
inductio causari siue componi. ⁊ ex enthimemate sill's. ⁊ sic
debent verba Aristo. intelligi. Licet isti modi sint in re q̄si
idem. primus tamen modus mihi magis placet. ⁊ magis vi
detur ad Aristo. intentioneʒ. Aliȷ modi recitari possent de
quibus non est cura.

Upliciter autem necessarium ē pre
cognoscere. Alia nāqꝫ qꝛ sunt prius
opinari necesse est. alia vero quid ē
quod dicit̄ ītelligere oportet. Que/
dam aūt vtraqꝫ. vt quoniam omne
quod est aut affirmare aut negare verum est qa
est. Triangu
lum autēʒ qm̄
hoc qd signat
sed vnitatem
vtraqꝫ qd si/
gnat ⁊ qa est.
non eniʒ simi
liter hoꝝ vnū
quodqꝫ mani
festū nob̄ est.



¶ Determinat de modo precognitōis h̄ride aū noticiaʒ sci
ētificā ꝯclōnis large loquendo de precognitōe. ⁊ pmo de
modo p̄cognitōis eoꝝ que ꝯclōnem p̄cedunt. scđo de qua/
dam precognitōe ꝯclōnis aū notitiam perfectā ipsius. ibi.
Ante autē q̄ꝫ fit iducere. ¶ Item pmo oñdit modum pre/
cognitionum pncipaliū. s. subi. passiōis ⁊ dignitatis. ¶ Se/
cūdo vo ordinē cōplexe p̄cognitōis p̄missaꝝ. ibi. Est autem
cognoscere. Primo itendit ꝯclōnem istam. duo sunt gene/
ra p̄cognitionum quas oʒ hr̄e aū acqsitionem doctrīe siue
disciplinе. vʒ. qꝛ est ⁊ quid est. Declarat̄. qꝛ ad doctrinā acq
rendam oʒ dignitatem precognoscere subʒ ⁊ passiones. De
dignitate p̄cognosci debet qꝛ est. sicut exempli gr̄a de hac
dignitate. de quolʒ dr̄ esse vel non esse. De passione p̄cogno
scitur qd est. sicut de triangulo p̄cognnsci debet qd nomen
significat. De subo vo habetur vterqꝫ modus p̄cognitionis
sicut de vnitate d qua oportet p̄cognoscere quid est ⁊ qꝛ ē.
quare ⁊c̄. ¶ Cā vo ppter quam diuerse de istis hr̄tur p̄co/
gnitōes est qꝛ de ipsis nō eedē sed diuerse acqrunt̄ notitie.
¶ Notandum est ꝙ doctrina ⁊ disciplina ppe habētur de
ꝯclōne demōstrata in qua ꝯcludit̄ passio de subo. ⁊ ad illā
pbandaʒ aliquod concurrit pncipium siue aliqua pncipia.
¶ Ex quo ifertur ꝙ de omnibus istis oʒ ante acqsitionem
doctrine p demonstratōem acqrende aliqualem habere co
gnitionem q̄ p̄cognitio dici debet De passione igit̄ oʒ p̄co/
gnoscere qd significat nomen ipsius. alr̄ eniʒ frustra fieret
demrātio nisi termi ipaʒ igrediētes ītelligerent̄. ⁊ h̄ est pre
cognoscere qd est de passiōe. De ipsa vo nō oʒ p̄cognoscere

qr ē. qr passiões eē ē inesse. ſ3 añ scientificā notitiā ɔclonis nō oz pcognoscere passiōez ineē. cū illud p demōstratōem ɔcludat. q̄re nō oz pcognoscere illā esse. ¶ Itē ɔtingere pt vt passio demōstrāda cōtinue a discipulo credat eē res impossibilis donec per demōstratōez sit ɔclusa. sic qñ demōstratur triāgulū habere tres. De pncipio vō demōstratiuo qd ab Arist. dignitas vocat oz pcognoscere sic eē sicut per ipm significat. ⁊ hoc ē de ipo hr̄e pcognitōem qr ē. De subo vō oz pcognoscere qd ē pp cāz pri⁹ dictā. Oportz ēt pcognoscere ipm eē. alr̄. n. frustra quereremus ɔcludere passionez sibi inesse. ⁊ hoc est de ipo cognoscere qr ē. ¶ Ex qb⁹ oīb⁹ pz intentio Ari. in illa pte. ¶ Notādū est scdo vt vult phs in textu. q pncipia nō eodē modo nobis manifestant sicut subm ⁊ passio. nā pncipia fiūt nota nob scda opatōe intellectus. q̄ cōpositio vl' diuisio vocat. passio vō ⁊ subz nota fiūt pma itellect⁹ opatōe q̄ simplex apprehensio dici solet. Itē vt gdā dn̄t nō eodē mō hēmus siue cognoscim⁹ qd ē subi ⁊ qd est passiōis. qr ī diffōne subi eēntiali nihil ponit q sit extra eēntiā ipsius. In diffōne vō passionis aligd ponit ex ipsius qditatē. de hoc tamē magis ifra videbit. ¶ Circa lrām dubitat. qr vr̄ velle phs triangulū eē passionē vnitatis. qd nō videt verum. Primo qr triāgulus nō est passio ſ3 subm. vt pz pmo geo'. Scdo qr lz esset passio: nō tñ esset passio vnitatis. eo q vnitas est pncipiū qtitatis discrete. triāgulus vero est figura qdam. vt pz. ¶ Ad hoc dubiū varij fuit modi rñdendi. ¶ Prim⁹ modus pmittit q numerox gdā dr̄ q̄drat⁹. gdam circularis. ⁊ gdā triāgularis. Quadratus g resultat ex ductu eiusdē numeri i seipm vel equalē. sicut nouenari⁹. qr ter tria ɔstituūt nouē. Circularis g fit ex ductu numeri i seipm eadē semp denoiatōe retenta. vt. 25. eo q qnqes qnqz faciūt. 25. ⁊ eadē semp vltia dnoiatio retinet. vt pz. Triāgularis vō g cōstituit ex vnitatib⁹ ad modū triāguli. vt supra pmā vnitatē addēdo aliā. ⁊ supra duas aliā. ⁊ sic vlteri⁹ vniformiter ascēdēdo. ¶ Ad pp⁹ igr dic h rñsio q p triāgulū phi. itellexit nūez triāgularē g ē passio vnitatis ad istū intellectū q ō vnitate h passio pbari pōt q ex ea apt⁹ ē ɔstitui nūerus triāgularis. Ponētes hanc rñsionem delectati sūt dicere vba. ſ3 hoc puto nō eē ad mentē Arist. ¶ Scd's modus rñdendi dic q p triāgulū itellexit pmam passionē geo'. ⁊ p vnitatē nō illā q̄ ē pn⁹ nūeri ſ3 lineā vnā iqtū ē vna ō q̄ pbat pdicta passio. vt pz pmo geo'. ¶ Tertia rñsio dic q Aristo. exēplificauit de vnitate tanq̄ ō pmo subo arit'. ō triāgulo vō tanq̄ ō p⁹ passiōe geo'. p triāgulum itelligēdo passionē illā q̄ ē sup lineā rectā posse triāgulum collocari. Hāc solā rñsionē puto eē ad mitē ari. ⁊ ipaz tetigerūt ātiq expositōes. qbus videāt triāgulū velle eē passiōez. qd nō puto vex. dn̄t. n. q lz triāgul⁹ sit subz qodā qr tñ accidēs ē nō iconuenit ipz eē alic⁹ passiōez. ¶ Alia nōnda ⁊ dubia plima hic tangi possent. de gbus vide i questionibus.

Est autem cognoscere alia quidem pri⁹ cognoscētem: quorūdaz aūt sil accipere notitiā vt queciiqz contingunt esse sub vlib⁹ quorū hn̄t cognitōem. Quod enim oīs triāgul⁹ habet tres angulos duobus rectis equales pscivit. Cu vero h q ē in semicirculo triāgulus sit simul iducens cognouit. Quorundā i hoc modo disciplina

Triangulus in semicirculo.



est ⁊ non per medium vltimū cognoscit. q̄cūqz eni singularia ɔtigūt eē ⁊ nō de subiecto aliquo. ¶ Intendit ɔclonem istam. contingit vt quedam prius tpe cognoscātur q̄z ɔclusio demonstrationis. quedā vero sil cū ipsa ɔclusione. pbat. qr vbi passio aliqua vniuersalis ō subiecto demonstretur pticulari: contingit maiorem sciri pri⁹ tempore ipsa ɔclusione. minorem vero que sub vniuersali cōtinetur de qua iam habet notitia simul tempore cum cōclusione. vt vbi grā. si fiat hec demōstratio. omnis triāgulus habz tres: hic q est in semicirculo ē triāgulus. g hic q est i semicirculo habet tres. prius tpe scit q oīs triāgulus hz tres. q̄z q ille triāgulus hēat tres. Sed illa maiori cognita. ⁊ scito q iste q ē i semicirculo ē triāgulus stati aligs iducēs ɔclonem ex pmissis scit ɔclonem simul cū minori. Quedaz. n. sūt quox h mō notitia habet. ita vt mior extremitas siue minor ppō sit nota. sed nō p aliqd mediū: sicut quedaz ō nūero singulariū q̄ nō de aliquo iferiori pdicāt. ¶ Notandum est primo q duplex est prioritas. s. tpis ⁊ nāe. Prioritas tpis est qua aligd aliud pcedit successiua duratione. qualr patrē dicim⁹ piorem filio. ⁊ dispōnes accn̄tales priores forma subali q̄ mediantib⁹ ipsis i mā generat. Prioritas nature est qua aligd est alterius causa vl' psupponit ab illo. qualiter subm prius est ppria ipsius passione. qm̄ est ipsius causa. ⁊ punctus prior est linea. qr psupponit ab ipsa tanq̄ pncipium ipsius. Econtra nō duplex ē simultas. s. tpis ⁊ nāe. Exemplum pmi. sicut subm simul dicim⁹ cū passiōe sua. Exēplū scdi. sic correlatia sil nā dn̄r inq̄tū correlatiua. vt paternitas ⁊ filiatio ⁊ alia hō. vt hr̄ ab arist. i pdicamētis. ¶ Ad ppositū igr ɔtingit maiorez sciri pus tpe ipa ɔclone. minorē vō sil tpe. Uex qr notitia minoris cā ē notitie cōclonis. ɔcedi pōt q mior pus nā cognoscat q̄z ɔclo. lz non tpe pus cognosceret. ¶ Notandū ē scdo q illa lra quorūdam cuz hoc mō disciplia ē. alr exponi pt. vz. q qdā sūt quox h mō disciplia hr̄ demrātiua. vt nō p mediū pbet q sit cā passionis imediata. sicut cū scit ysochelē aut hūc triāgulū habere tres: nō adducit ad hoc pbandū cā illi⁹ passiōis ppiqua. ſ3 solū ponit subm vle p medio illius demōstrationis.

Atequā āt sint iducere: aut sillogismum accipere quodā qdez mō forsitasse dicendum est scire. mō autez alio non. quid. n. nesciuit si ē simpliciter. hoc quodaz modo sciut. vt q duos rectos hz simpliciter. ſ3 manifestū ē quidez q sic quidem scit simpliciter aut non scit.

¶ Ostendit modū cuiusdā cognitōis ɔclonis añ notitiā scientificā ⁊ pfectā ipsius. Et pmo fac qd dictū ē. Scdo ex determinatis excludit q̄dā dubitatōez pla. ibi. Si vō nō. Primo g̃ itendit ɔclonem illam. ɔclō p iductiōem aut demrātōem sciēda aliquo mō scit anteq̄z ipsa sit p eandē iductionem vel demrātionē ɔclusa. ⁊ aliquo mō nō. pbat sic. q̄libz talis ɔclō añq̄z sit iducta vel demrāta scit fm qd. ſ3 nō simpliciter. g̃ ⁊c. tz ɔña. ⁊ assūptū declarat exēplo. Si. n. i demōstratōe cōcludi debeat oēz triāgulū hr̄e tres angulos duob⁹ rectis eq̄les añq̄z fiat demrō scit illa ɔclō fm qd: nō tñ simplr. q̄re ⁊c. ¶ Nōndū ē p q Arist. ō iductōe solū ⁊ sillōgismo mētōez fecit. p sillm tñ itelligas sillm demrātiuū eo q ille sūt due spēs argumētatōis pfectiores ad q̄s alie reducunt. vt superius dictum fuit. ¶ Notandum est secundo q illō antecedens Aristo. conclusio ante demrātōem est ſ3 quid scita: non simpliciter a diuersis diuersimode verificat. Primo. n. Linco. exponit q conclusio scitur prius in vniuersali non autem in particulari siue in ppria forma. Habent enim prius precognitōes subiecti passiōis ⁊ dignitatis. que sunt tanq̄ vniuersalis quedam cognitio conclusionis. dem

de subdit q hic non semper accipit vlẽ pro eo q est genera lius i predicando. sumit enĩ aliquando demonstratones ex terminis paribus. idest conuertibilibus vbi non oportet co gnitõem conclusionis que ante demonstratiõem habetur esse cognitõem rei magis vniuersalis i predicando. sed ali quando per magis vniuersale itelligimus illud quod ẽ mi nus per diãs significatum. quomodo vt ipse dicit diffinitio formalis est vniuersalior mãli eiusdem rei. aut illud quod est confusius acceptum. τ sic totum confuse acceptũ vlius dici posset partibus i quas resoluitur. ¶ Beat⁹ Thomas aliter dicens verificat q noticia conclusionis habetur per pncipia sua. que illius notitie sunt causa actiua. Nam secũ do physicorum propositões sillogismi numerantur ab Ari stotele iter causas efficientes. s. respectu conclusionis. sicut igitur effectus naturalis anteq̃ sit productus: sed iam ẽ p pinquus ad produci: est i suis causis actiuis virtualiter sed non actu. ita anteq̃ cõclusio ex premissis deducatur scitur virtualiter i principijs suis. non autem actu scitur τ in pro pria forma. Moderni autem verificant. q2 conclusio ante demonstratõez est i potentia scita. non autem actu. dicunt enim q sicut materia potentiã habet respectiuã ad formã anteq̃ recipiat illam. aliter non posset eam recipere. sic in tellectus potentiam habet respectiuam ad scientiam cõclu sionis anteq̃ recipiat ipsam. τ sic conclusio ante demõstra tionem in potentia scitur. vt autem istorum verba sint ad mentem Arist. intelligi debent de potentia propiqua ipsi⁹ intellectus. non autem de potentia remota. Credo tamẽ q Aristoteles non dixisset puero nuper nato conclusionẽ pri mam geometrie esse fm quid scitam. Sed cum itellectus fuerit iam habituatus τ aliquam habuerit notitiam pricipio rum ex qua conclusionis notitia dependet dixisset illam eẽ fm quid scitam. τ tunc intellectus est i potentia propinqua ad notitiam conclusionis perfectam merito cognitionum precedentium que sunt dispositiones preuie ad illam acq rendam. Ideo puto cognitiones principiorum magis se ha bere tanquam dispositiones respectu cognitiõis conclusio nis q̃ tanq̃ effectiuas causas.

¶ **Si vero non. menonis ambiguitas ɔtigit. aut .n. nihil discet. aut que nouit.**

¶ Primo dicit philosophus q si ita non esset q conclusio aliquo modo ante demonstratõem esset scita τ aliquo mo do non. tunc sequitur illud quod per viam ambiguitatis si ue dubitationis infertur in libro platonis intitulato nomi ne Menonis discipuli sui. videlicz q vel nihil aliqs adiscet aut adiscet ea que prius sciuit.

¶ **Non enĩ sicut quidam argumẽtantẽ soluere di cẽdum est. Nũquid sciuisti oẽm dualitatez. qm̃ est par aut nõ: dicẽte aũt attulerunt quãdam dua litatem quã nõ opinatus est eẽ. Soluũt. n. nõ di centes cognoscere omnem dualitatem parem eẽ sed quã sciunt q dualitas sit.**

¶ Adducit motiuum platonis τ solutionem quorundam. Arguebat plato ad probandum q nihil adiscatur de nouo sic. si tibi hec propositio proponatur. tu scis omnem duali tatem esse parem: tu concedis eam. ¶ Ex quo vlterius ar guitur sic. tu scis omnem dualitatem esse parem. sed hec ẽ dualitas demonstrata illa que est in manu abscõsa. ergo tu scis hanc esse parem. τ tamen aperta manu τ eadem duali tate ostensa. tu adiscis hanc esse parem. quare illud adisce re erit scire illud quod prius sciebatur τ nõ erit adiscere de nouo. Respondent quidam huic rationi negando illam. tu scis omnem dualitatem esse parem. sed verum est q scis omnem dualitatem quam scis esse dualitatẽ esse parem. et sic non oportet concedere ɔñs illatum.

¶ **Et etiã sciũt cuius vere demonstratõem hñt τ cui⁹ acceperũt. Acceperũt aũt nõ de oi cuius vti q3 sciunt q triangulus aut numer⁹ sit. s3 simplr de oi nũero τ triangulo. Neq3. n. vna ꝓpõ acci pitur hmõi q quã tu nosti numeꝝ aut quã tu no sti lineam rectam sed de omni.**

Linea recta.



¶ Remouet solutionem arguendo sic. eo modo scitur cõclu sio quo modo per demonstrationem alicui de nouo acqui ritur. vel quo modo ante sibi acquisita fuit. sed in demon stratione conclusio absolute concluditur. τ non cũ3 illa cir cũstantia quam vel quem scis esse talem vel talez. ergo cõ clusio absolute scitur. τ non cum aliqua tali circumstantia. maior de se nota est. minor vero declaratur. vbi enim in demonstratione probatur q triangulus habet tres absolu te τ vlr de omni triangulo concluditur. τ non cum illa con ditione quem scis esse triangulum. Similiter vbi de nume ro aliqua passio demonstreẽ concluditur de omni numero simpliciter. τ non cum hac limitatõe quem scis esse nume rum. quare in proposito similiter dicendum erit q per de monstrationem vel alia quacunq̃ via scis omnem dualita tem absolute esse parem. τ non solum cum limitatione pre dicta. ¶ Item si cõclusio demonstrationis cõcluderetẽ nõ absolute sed cum predicta limitatione. tunc aliqua premis sarum cum simili circũstantia deberet assumi. patet conse quentia. quia conclusio ex maiori τ minori extremitate in tegratur. ɔsequens tamen est falsum. non enim assumitur aliqua premissa de numero quem nosti esse numerum. aut de recta linea quam nosti esse rectam. sed de oĩ vt p3.

¶ **Sed nihil opinor prohibet qm̃ est qd̃ adiscat sic scire. Est autem sic ignorare. Incõueniens aũt non est si scit quodammodo q adiscit. S3 si hoc modo vt inquantum adiscit τ scit.**

¶ Ponit veram solutionem dicens q non inconuenit illud quod de nouo adiscitur aliquo modo prius fuisse scitum et aliquo modo ignoratum. τ maxime vbi sciatur fm quid. s3 inconueniens esset q eo modo aliquis prius sciret aliquid quo ipsum adiscit. τ per hoc videtur responsum esse ad ra tionez platonis. videlz cõcedendo q nũc adiscis hanc dua litatem esse parem. τ tamen prius sciebas hanc dualitatez esse parem fm quid τ diminute. ¶ Notandum est primo circa lr̃am q antiquitus ante Aristo. due fuerunt opiniões. τ in difficultate presenti pͥma fuit Eracliti qui dixit q nihil contingit vere scire. Primo ꝓpter rerum maximã varieta tem τ continuum ipsarum fluxum ꝓpter quod eadem res nõ potest bis in eodem statu permanere. τ per consequens de nulla re certam τ firmã notitiaz possumus habere. Se cundo q2 si cõtingeret aliquid scire. aut igitur illud esset in hoc mũdo iferiori aut in mũdo supiori. nõ in mũdo inferio ri ꝓpter maximam varietatez rerum vt dictum est prius. neq̃ in mundo superiori propter magnam distantiam ipsi us a nobis. τ hec fuit ratio Socratis τ aliorum achademi corum. Secunda vero fuit opinio platonis qui dixit q cõ tingit aliquid scire sed non de nouo. imo nostrum scire est quoddam reminisci. imaginabatur enim plato omnium re rum species in anima esse concreatas a principio sue crea tionis. sed ipsa ꝓpter vnionem cum corpe humano impedi tur a suis operationibus quas postmodum successiue exer cet fm successiuam dispositionem corporis factam a sensi bus per impressionem formaꝝ sensitiuaꝝ. Mouebatẽ aũt

pla. inter cetera hoc motiuo. si alicui imperito proponãtur principia prima geometrie statim concederet ea. ⁊ consequenter conclusionem primam ex principijs deducẽdo cõcederet illam. ⁊ sic vlterius alias propositiones. quod non contingeret nisi prius ea sciuisset que nunc de nouo videtur adiscere. quare ⁊c. Aristoteles autem post istos alr̃ opinatus ẽ. Primo enim cõcedit q̄ contigit aliq̃d scire cõtra Eraclitum ⁊ Socratem. scd̃o q̄ contingit nos de nouo aliquid adiscere contra platonem. modus autẽ ab eo colligit̃. 3. de anima ⁊ a cõmentatore ipsius. fit eni scia ⁊ consideratio in nobis a spẽbus exñtib⁹ i fantasia decisis a spẽbus sensibilibus. Juxta illud dem̃: necesse est itelligentem fantasmata speculari. ⁊ i libro de sensu ⁊ sensato nihil est i itellectu qn prius fuit i sensu. ⁊ ꝯsequenter cõcedit q̄ sicut spẽs sensibil' potentialr̃ est i sensu anteq̃ꝫ i sensibili generet̃. ita spẽs itelligibilis potentialr̃ ⁊ i itellectu p̄usq̃ꝫ p̄ itelligibile p̄ducat̃. aliogn itellectus nunq̃ꝫ ad illam spẽm moueret̃. q̄r ꝯcluditur q̄ scia potẽtialr̃ est i itellectu anteq̃ꝫ actu gñet̃. ⁊ sic cõclusio que post demr̃atõem actu ⁊ p̄fecte scit̃ ante demr̃atõem s̄m q̄d scit̃. ¶ Ad p̄positum igr̃ Aristo. vtranq̃ꝫ tangẽs opionẽ antiq̃ꝝ ⁊ propã dicit. Si v̓o nõ Menonis ambiguitas ꝯtinget. aut eni nihil adiscet. aut que nouit. q̃si dicat q̄ si cõclusio non eẽt ante demonstratõem aliquo modo scita ⁊ aliquo modo non. tũc aut nullo modo eẽt scita et sic nihil adiscere contigit. vt Eraclitus ⁊ Socrates dixerũt eo q̄ sicut mã nunq̃ꝫ ad formã moueri possꝫ que nullo mõ i ipsa mã hr̃et esse. s. nec actu nec potẽtia. ita cum itellectus adiscendo ad sciam trãsmutet̃. ad ipsam trãsmutari nõ posset si nullo modo i itellectu haberet esse. s. vel potentia vel actu. q̃re ⁊c. aut erit simplr̃ ⁊ actu scita. ⁊ sic adiscere nostrũ per demõstratiõem nõ erit de nouo adiscere. sed erit quodam reminisci vt voluit plato. pꝫ ꝯña. q̄r sicut mã non mouet̃ ad id q̄d nullo modo ẽ: sic nec mouet̃ ad id q̄d ẽ simplr̃ actu. q̄r silr̃ sicut itellectus adiscere nõ p̄õt illud cuius scia nullo modo est i ipso. sic neq̃ꝫ id adiscere potest cuius scia fuerit i ipso actu. Adiscere eni quandam dicit itellect⁹ trãsmutatõem vt pꝫ. ¶ Post opionẽ aũt Arist. alia cõiter scribitur Auicẽne opio antiqua. vꝫ. q̄ nr̃m adiscere d̓ nouo p̄ncipalr̃ dependet a quadam itelligẽtia ifinita quam dixit eẽ itellectum agentem. ⁊ hãc vocauit datorẽ formaꝝ. ⁊ sic cõsequẽter dixit q̄ sensus ⁊ res sensibiles nihil faciũt ad scie acq̄sitõem nisi itellectum possibilem disponẽdo vt ad itellectum agenteꝫ ꝯuertat̃. ⁊ tũc ex cõuersione od ipm̃ spẽs itelligibiles i itellectu possibili influantur. ¶ Ex quo ifert̃ sciam ⁊ omnem itellectiuum habitum per se ab hac itelligentia effectiue dependere. a sensib⁹ v̓o ⁊ sensibilib⁹ dispositiue. ¶ Notandum est scd̃o q̄ illud argumentum platonis. licꝫ a q̄busdam dicat̃ ⁊ bene q̄ peccat fallacia accidentis. s. arguendo sic. tu scis oẽm dualitatem esse parem. hec ẽ dualitas. g̊ ⁊c. tamen melius est dicere q̄ peccat fallacia cõsequentis. nã vt cõiter in logica dr̃ minor nõ debite sumit̃. sed vt predicta inferatur ꝯclõ reqrit̃ q̄ sic assumat̃. tu scis hanc esse dualitatem. g̊ ⁊c.

Scire autem opinamur simplr̃ vnũquõq̃ꝫ sed non sophistico mõ q̄d ẽ s̄ꝫ accñs. cũ cãm arbitramur cognoscere p̄p̄ quã res est. ⁊ q̄m illi⁹ est cã. ⁊ nõ est ꝯtingere hoc aliter se habere. Manifestũ est igit̃ q̄ huiusmodi aliq̃d sit scire. ⁊ nãq̃ꝫ scientes ⁊ non scientes hi quidem opinãtur sic se habere. Scientes aũt cãm habent. Quare cuius est scientia simpliciter hoc impossibile est aliter se habere. Siquidem igitur est ⁊ alius sciendi modus vt posterius dicemus.

¶ Premisso proemio ꝯsiter p̄hs incipit determinare d̓ sillo demr̃atiuo. Diuidit̃ aũt totum sequens i duas p̄tes p̄ncipales. In prima determinat d̓ demr̃atõe ⁊ spẽbus ipsius. In scd̃a docet artem iueniẽdi mediũ demr̃atõis ibi: i p̄ncipio scd̃i. Qõnes sũt equales numero. Primus vero liber i quatuor diuidit̃ tractatus. In p̄mo determinat̃ de demr̃atiõe q̄ditatiue ⁊ ex quali mã ⁊ forma cõstare debet. In scd̃o ondit p̄ aliquem sillm̃ i nob ignorantiam generari posse. ibi. ignorãtia autem nõ s̄m negatõem. In tertio oñdit q̄ nõ sit i demr̃atiõibus i infinitũ p̄cedere. ibi. Est aũt dis sill'us per tres terminos. In quarto de spẽbus determinat demõstrationũ illas adiuicem ꝯparando ibi. cum aũt demonstratio sit alia q̄dem vl'is. Primus tractatus i quatuor diuidit̃ capitula. In p̄mo ostendit̃ q̄d sit sill's demr̃atiu⁹. In scd̃o determiatur de mã sill'i demr̃atiui oñden⁹ ex quibus ⁊ qualibus esse debet demõstratio. ⁊ ex qualib⁹ esse nõ debet. ibi. q̄m autẽ impossibile. In tertio declarantur d̓ñe iter d̓mr̃ationem q̄r ⁊ p̄p̄ q̄d. ibi. Sed q̄r d̓ñt ⁊ p̄p̄ q̄d. In quarto oñditur i qua figura sillogistica magis habeat demõstratio fieri. ibi. figuraꝝ autem. ¶ Primũ capl'm in tres diuidit̃ partes. p̄mo ostendit q̄d sit demonstratio. scd̃o quedam notificat que i diffõne demõstratõis ponunt̃. ibi. Est aũt p̄ncipiũ demonstratõis. In tertio excludit errores quosdã q̄ ex premissis oriri possent ibi. q̄busdaꝫ quidẽ igr̃. Primo ponit diffinitionẽ ipsius scire. Scd̃o diffõneꝫ d̓mõstratõis a cã finali sumptã. ibi: demr̃ationeꝫ aũt dico. Tertio ꝯcludit ex premissis diffinitõem demr̃atõis ab eius cã mãli sumptaꝫ. ibi. Si q̄deꝫ igit̃ est scire vt posuim⁹. ¶ Item p̄mo ponit vnaꝫ diffõnem de scire. Scd̃o aliam. ibi. dicim⁹ aũt. ¶ Primo igr̃ p̄mittit hanc diffõnem. scire simplr̃ ⁊ nõ sophistico modo. q̄d est s̄m accñs est rem p̄ cãm cognoscere. ⁊ q̄m illius ẽ causa. ⁊ q̄ non ꝯtingit hoc alr̃ se habere. q̄ hec diffinitio sit cõuenienter assignata declarat̃ a signo. q̄r siue vere sciẽtes siue non sciẽtes credẽtes tamen se scire: tunc opinant̃ se scire cũ opinant̃ cognoscere cãꝫ rei. ⁊ q̄m illius est cã ⁊c. Sed i hoc d̓ñt scientes a non scientibus. q̄r sciẽtes habent causam rei. nõ scientes v̓o non habent ipsam. ¶ Ex q̄bus concludit̃ q̄ illud cuius est p̄prie scia impo'e est alr̃ se habere. Deinde subdit q̄ si fuerit alius sciendi modus q̃ꝫ supra diffinitus posterius dicendũ erit. ¶ Notãdũ ẽ p̄mo s̄m Lin. q̄ Arist. notãter icepit a diffinitõe scire. eo q̄ scire est finis quẽ demõstrator intendit. cũ igr̃ hic intendat tradere artẽ demonstrãdi: rõnabile fuit vt ab eius notificatiõe iciperet quod est finis demõstratõis. Finis enim artificis p̄muꝫ eẽ debet i ipsius intentõe. ¶ Notandum est secundo q̄ hec diffinitio potius est quedam q̄d nois descriptio. non enim hic diffinitur scia que est alicuius generis spẽs per genus immediatum ⁊ d̓ñam eius p̄priam. sed describit̃ scire in concreto declarando quid significat nomẽ. ⁊ ideo rõnabiliter p̄hus probauit descriptionem illam fuisse ꝯuenienter assignatam p̄ signum supradictum. q̄r significatio nois accipiẽda est ab eo q̄d cõiter loquẽtes intendunt per illud nomen significare. dicitur enim scd̃o topicorum q̄ nominibus vtẽdum est vt plures vtuntur. Propter eandem cãm Aristoteles vsus est hoc modo loquendi. Scire opinamur ⁊c. ⁊ nos dixit scire est. ¶ Notandũ est tertio q̄ illa p̄ticula simplr̃ ⁊ non sophistico modo ⁊c. diuersimode exponitur a diuersis. Unde linco. posuit hanc distinctionem. Scire quadrupliciter accipitur. Primo cõmuniter ⁊ sic cõtingentia sciri possunt siue frequenter siue raro contingãt. qualiter concedimus te scire papam esse Rome aut sortem sedere. Secũdo modo proprie ⁊ sic sciuntur contingentia semper vel frequentia. ⁊ eodem modo. qualiter scimus senem canescere ⁊ iuuenẽ n̄ canescere. Tertio magis p̄p̄e. ⁊ sic solũ neciã sciunt̃. ⁊ hoc modo nõ solũ ꝯcl'ones sed ẽt p̄n̄a demr̃ationum

scīri dn̄r.quarto maxīe pprie.ꝛ sic solū nec̄ia sciuntur quā
do imutabilia fuerit ꝛ per causam ppam ꝛ idemonstrabi
lem tam i essendo q̄3 i causando fuerit cognita a nob.ꝛ hoc
est scire demonstratōem pp qd.hūc vltimū modū Aristo.
vocauit scire simpl'r.de quo solū curauit ponere diffōnes.
alios autem omnes vocauit scire sophistico mō ꝛ fz accn̄s
vt ingt lico. Cōsimiles distictōes posuerunt Temisti⁹ ꝛ q
dam moderni parum discordātes a mō distiguēdi linco.de
quo non est cura. Alij vero vtūtur hac distictione. duplex
ē scire.s.simpl'r ꝛ sophistico mō.scire simpl'r ē aliqd scire i se
ipo ꝛ i ppa forma. scire vero sophistico mō:ē cū scimus ali
qd fm̄ qd.vel sicut ptem i toto.sicut p no^am domus par tes
sciūtur.vel p aliquod accn̄s subām cognoscēdo: qual'r co
rusci cognoscere dicimus.qꝛ cognoscimus venietem q de
facto est coruscus. vel qꝛ aliqd cognoscim⁹ i principijs suis
remotis.vel consili alio mō.ꝛ oibus his modis diceremus
aliqd scire p accn̄s vt isti dicunt.Eius puto φ rez scire per
sua pncipia per se q̄tūcunq3 sint remota nō est scire per ac
cidēs sed per se.nisi forte accipiatur scire per accn̄s put idē
est φ scire diminute ꝛ iperfecte. S3 iste mod⁹ nō vr̄ oīno suf
ficere.qꝛ fm̄ istos scire cām per effectum eius imediatum:
eēt simpl'r scire. vt pz ex suo modo loquēdi.quod tn̄ est con
tra itentōem Aristo.q solum diffiniuit scire quod est scire
aliquod per cām ipsius. Alij vero moderniores distiguunt
φ duplex est scire.qdam per se.ꝛ qdam per accn̄s. scire p se
est scire per ppōnes per se.qual'r triāgulu3 habere tres sci
mus per habere angulu3 extrīsecū. Scire p accn̄s est scire
per ppōnes per accn̄s. qual'r scimus hominem esse risibi
lem.qꝛ scimus aīal tal'r vel tal'r vel tal'r figuratū esse risibi
le.ꝛ tale dr̄ sophistico modo scire. Item scire per se est duo
bus modis .s.simpl'r ꝛ fm̄ qd.simpliciter est per propriā3 ꝛ
imediatam causam. Scire vero fm̄ qd ē scire p signum vel
effectum vel causam remotam sicut videbitur ifra. ¶Ad
ppositu3 igitur cū Aristo.dic̄.scire simpl'r et nō sophistico
modo.per ly simpl'r excludit omnē modū sciendi fm̄ qd:p
ly sophistico modo excludit omnem modum sciendi p ac
cidens. Hūc modum puto iter ceteros meliorē. ¶Notan
dum quarto φ quattuoz ponūtur particule i descriptōe pre
dicta ad scire simpl'r reqsite. Pzimo dr̄ rem cognoscere.eo
φ omne scire ē re cognoscere l3 non ecōtra.Scd̄o dr̄ p cā3.
qꝛ res q̄ pfecte sciri debet causam habēs nō pōt simpl'r sciri
sine causa sua.qd̄ pbatur multipl'r.pzimo.qꝛ sicut se habet
res ad esse:ita se h3 ad pfecte cognosci. vt hr̄.2. metaphysi.
cū ergo effectus q sciri debet nō possit esse sine sua causa p
se.seqtur φ neq3 potest sine illa cā pfecte cognosci. ¶Se
cūdo.qꝛ omne qd̄ scitur simpl'r cognoscit̄ tanq̄ ver3.cū er
go veritas sit adequatio itellectus ad rem ꝛ ecōtra. seqtur
φ res non poterit perfecte sciri nisi itellectui adequet̄. res
autem habens causam non potest perfecte itellectui adeq̄
ri nisi notitia scientifica in illam causam per itellectū refe
ratur.sicut ēt ver3 aut3 non dr̄ nisi cum fuerit suis pncipijs
adequatum.q̄re ꝛc̄. ¶Tertio qꝛ nō cōtigit itellectū aliqd
simpl'r scire cū ipse de illo scibili dubitatōez hēat.Sed con
tinue contigit itellectum dubitare cū ignoret illius rei sci
bilis cām.q̄re ꝛc̄. ¶Quarto.qꝛ modus sciēdi itellectus hu
mani ē discurrendo ab vno i aliud donec veniat ad idemō
strabilia.sed hoc eē nō potest ignoratis causis rei q̄ simpl'r
debet sciri. ¶Tertio ponit̄ i diffōne ꝛ qm̄ illius est causa.
qꝛ ad scire simpl'r non sufficit causā rei cognoscere. sed oz i
tellectu3 illā i rez scibilez referre. Ad cognoscendū eni per
fecte lunā eclipsari.nō sufficit cognoscere dyametralē ter
re iterpōnem iter solē ꝛ lunam.sed oportet illam i effectū
suum referre.ꝛ ecōtra. ¶Quarto ponit̄ ꝛ nō cōtigit al'r se
habere.qꝛ reqritur rem que sciri deb3 eo modo quo scitur
oīno imutabilem esse.ita vt non cōtigat ipsā al'r se hr̄e.Qui
dam autē illam vltimā particulā i causam tm̄ referūt ꝛ nō
i effectum.sed puto melius φ referatur ad effectum.vl'ad
vtrūq3.ꝛ vlterius dn̄t φ illū positū fuit ad differētiā cause
per accn̄s.tripl'r autez dr̄ causa per accn̄s.pmo qꝛ pter iten
tionē agens.qual'r fortunam dicimus cām p accn̄s .2.phy.
Scd̄o qꝛ remouēs phibens.qual'r fenestram aperiens cau
sa p accn̄s dr̄ illuminatōis domus.Tertio qꝛ accn̄tal'r ꝯiun
cta cause p se.sicut album est cā per accn̄s edificij pp albe
dinē accn̄taliter cōiunctam edificatori. ¶Ad ppositum
vt ipsi dn̄t excluditur hic quel3 istarum. l3 pncipalius cau
sa per accn̄s tertio modo. ¶Nōndum est qn̄to circa vlti
mū dcm̄ Aristo. φ pter modos sciendi per accidēs tres sūt
alij modi sciendi p se.q tamen non sunt modi sciēdi simpl'r
Pzimo est modus sciendi cām p ipsius effectum.sic scitur
terrā dyametral'r iterponi posse iter solē ꝛ lunam per h φ
luna est eclypsabilis.ꝛ sill's quo talis causa pbat̄ vocatur
sill's siue demōstratio a posteriori. ¶Scd̄o est modus sciē
di effectum per causam remotam.vt quando scitur lapidē
non respirare.per h φ non est aīal sicut exemplificat Aris.
infra.vt arguendo sic.omne quod non est aīal nō respirat.
lapis nō est aīal.ergo ꝛc̄.ꝛ hic est sill's a pori sed qꝛ. ¶Ter
tio est modus sciendi a signo.sicut si sortes amplexatur pla
tonem.a signo cōcludi potest soz.diligere platonē. Pzim⁹
igr̄ modus sciendi fm̄ quid excluditur per illam porticu
lam rem per causam cognoscere.Secūd⁹ vero vt qdaz di
cunt excluditur per illam particulā.ꝛ qm̄ illius est causa.
quia per illam denotauit Aristo.φ causa qua res scitur de
bet esse illius ppria causa.ꝛ non solum causa vl'is vl' remo
ta.Dicunt ēt φ per illam particulā.ꝛ nō contingit al'r se ha
bere.excluditur scīa habita a signo.qm̄ talis scīa aliquādo
per solum probabilia ꝛ contingentia acquiritur que aliter
se habere possunt.reliqua vide in questione.

**¶Dicim⁹ aūt scire ꝛ p demōstratōez itelligere.**

¶Secūda diffinitio ipsi⁹ scire ē ista.scire huiusmodi.s. sim
pliciter est per demonstratōez itelligere.pz ista descriptio.
Ubi nota φ ly itelligere ponitur tanq̄ genus i predicta dif
finitōe.alia vero pticula per demr̄atōem ponit̄ tanq̄ dr̄ia.
ꝛ denotat cām effectiuam ipsius scire vt cōmuniter dicit̄.
Quidam aūt voluerunt ꝛ forte melius.φ hic nō ponat Ari
stoteles diffōnem aliquā ipsius scire.sed solum iferat per
modum corrolarij.φ tale simpliciter scire sit per demon
strationem intelligere.

**¶Demōstratione autez dico sill'm apodyticō .i. facientem scire. Sed apodyticon dico fm̄ quem in habendo ipsum scimus.**

¶Ponit diffinitionem demonstratōis dicens φ demōstra
tio est sillogismus apodyticon.idest scīalis.dico autem sil
logismum scīalem fm̄ quem scimus i habendo ipsū3.ꝛ hoc
dicit Aristo.ne forte crederetur φ demonstratio dr̄etur ex
ista causa sill's scīalis.qꝛ scīa aliqua ipso vteret̄.multe eni3
scīe sill'is vtunt̄ q tn̄ demr̄atōes dici nō debent.sicut dyale
ctica ꝛ alie scīe multotiens pbabiliter pcedentes.


